

est, stomaeho aduersatur, aluum denique & interanea offendit. Vetustior, aluum fistit. Cæterum quod è caseo manauit serum, canes quam optimè alit.

De Hippace. CAP. LXXX.

Quod Hippacen vocant, caseus est equinus: qui quidem virus redolet, at magnoperè alit, bubulo proportione respodens. Sunt tamen qui equinum coagulum hippacen appellauerint.

De Butyro & eius fuligine.

CAP. LXXXI.

LAUDABILE paratur Butyrum è lacte pinguissimo, quale ouillum est: fit & ex caprino, agitato in vasis lacte, donec pingue separetur. Molliendi facultate prædictum est, vimque habet olei: vnde & largius epotum, & aluum relaxat, & contra venena, si desit oleum, usurpatur. Cum melle affixum, dentitiones adiuuat, ginguarum pruritus in infantibus & oris ulcera emendat. Foris vero illitum, corpus reddit habitius, & à psychdraciis tuerit atque conseruat. Est & efficax contra inflammations ac duritas yuluz, quod certè quidem neque putidum neque vetustum fuerit: ad dysenterias quoque & coli ulcerationem infunditur. Denique in suppuratoria medicamenta utiliter additur: maximè vero in acruorum, meningum, vesicæ,

sicæ ac ceruicis vulneribus: Illud ipsum replet, purgat, & carnem creat: necnon & ab aspide connotis impositum prodest. Recens etiam opsoniis pro oleo ammiscetur, ut & placentis adipis vice. Colligitur vero è butyro fuligo hunc in modum: In lucernam nouam infusum butyrum accendito, & ubi operculaueris, fictili in modum si phunculi facto & supernè quidem angusto, ima vero parte foramina cibani instar habete cremati sinito: ac ubi primum absuntum fuerit butyrum, aliud subinde affundito, dum fuliginis quantum desideras coaceruaueris: tandem penitus deradito, ac vitior. In medicamentis oculorum vim haber exiccandi & adstringendi: fluxiones vero cohabet, & vlcera celeriter ad cicatricem perducit.

De Lanis. CAP. LXXXII.

LANAE succidæ molles è collo feminæ bûsque, laudatissimæ. Subueniunt inter initia vulneribus, contusis, desquamatis, luidis, & ossium fracturis, acetô & oleo aut vino imbutæ. Siquidè liquores facile combibunt quibus immerguntur, & propter adhærentes sordes (œsypum vocant) emolliendi vim habent. Efficaces quoque sunt ad capitis, stomachi & alias cuiusvis partis do-lores, si cum acetô & rosaceo imponantur.

De Lanis & fls. CAP. LXXXIII.

Crematæ verò lanæ, crustas inducendi, carnis excrecentias cohibendi, ulceraque ad cicatricem perducendi vim habent. Porro mundæ & carptæ in fictili crudo cæterorum more vruntur: quin & ad eundem modum lanæ marina purpura infectæ tomenta cremari solent. Nonnulli verò cum sordibus lanas carminant, quas posteaquam melle irrigarunt, similiter vrunt. Alij in fictili oris patuli verucula inter se distantia disponunt, ac tenues tædarum astulas internunt: supra has verò lanas ipsas componunt carptas & oleo ita imbutas, ut ne tam destillent, rursumque astulas & lanas vicissim intersternunt: tandem leuiter tædas succendunt, vstumque cinerem tollunt. Quod si qua pinguitudo aut pix è tæda defluxit, simul & semel collecta reconditur. Cæterum lauatur ille lanarum cinis ad oculorum medicamenta, in fictili labello addita aqua & manibus vehementius conturbata: cumque subsederit cinis, aqua effunditur, ac rursus affunditur alia, pariterque conturbatur: tandiisque id fit, donec is admotus lingue minimè mordeat, sed quodammodo astringat.

De OESyra. CAP. LXXXIV.

OESyrum dicitur, è succidis lanis colle-

cta

cta pinguitudo: quam sic præparabis. Lanas sumito molles, succidas, radicula non curatas, & aqua calida eluito, similique sorditie omnem exprimoto. Hanc in labellum oris ampli coniicito: ac vbi aquam affuderis, lingula grandioriue cochleari magno impetu refundito ex alto demittes, dum spumeescat: aut rude lignea validiusculè conturbato, dum multa & sordida spuma colligatur: deinde marina respergito. Atq; vbi cōsederit quod supernatabat pingue¹, in alterum vas fictile recipito: & affusa in labellum aqua hāc denud agita, tumque marina spumam perfundito, ac demum excipito. Hoc tantisper facito, dum consumpta pinguitudine non amplius spuma supersit. Collectum porrò cœlypum vbi manu subegeris, confessim, si qua insedit spurcitia, hanc tollito: guttatimque exclusa priore aqua, aliam affundito, & manu misceto, donec admotum linguae cœlypum minimè mordeat, sed quodammodo astringat, ac pingue, purum, candidumque apparuat: tandem in fictili vase ita condito. Verū hāc omnia aestiuo sole fiant. Nonnulli excolatum pingue frigida aqua eluunt, & manibus, non fecus atque ceratum mulieres, confricant: ita enim candidius redditur. Alij postquam lanas lauerunt, sordesque expresserunt, has in kebete

lento igni ex aqua decoquunt, & collectum pingue quod supernat aqua, vi dicitum est, eluant, excolatumque in fistilem patellam, quæ calidam aquam contineat, ligneo panno operculant & Soli exponunt, donec sat crassum candidumque euadat. Nonnulli denique post biduum effusa priori aqua, aliam affundunt. Præstantius est, è lanis radicula non curatis, lœue, lanarum succidarum virus olens, quodque, dum in concha cum aqua frigida manu fricatur, albescit, nihilque in se durum aut compactum habet: veluti quod cerato aut adipe adulteratur. Porro vim habet excalfacendi, emolliendi, & vlcera explendi: maximè vero sedis ac vulvæ, cum meliloto & butyro: in vellere appositum, partus & menses euocat: valet & ad vlcera tum aurium, tum etiam genitalium, cum anserino adipe. Est & efficax ad arrosos scabiososque oculorum angulos, itemque genas callosas ac ciliorum defluvio laborantes. Cæterum in testa noua torretur cœlypum, dum in cineres redactum pinguitudinem amittat. Ex ipso quoque fuligo colligitur eo quo demonstrauimus modo, quæ ad oculorum medicamenta conuenienter additur.

De Coagulo. CAP. LXXXV.

LEPORTIS coagulum ternum obolorum pondere ex vino, confert ad venenatum bestiarum mortis, itemque celiacis, dysentericis, ac foemini fluxione ab utero laborantibus: quin & in grumos concreto sanguini, ac eiusdem a pectori refectionibus auxiliatur. Post menstruam purgationem [& paulo ante coitum] vuluae cum bulyro appositum, conceptionem adiuuat: potum vero idem partus enecat, & a purgatione menstrua praestat mulieribus ut ne concipiant. At equi coagulum, nonnullis hippocate dictum, priuatum celiacis, dysentericisque conuenit. Hædi vero, agni & hinnuli, dorcadis, platycerotis, dorci ac cerui, itemque vituli ac bubali coagula similibus sunt praedita viribus: siquidem contra haustum aconitum ex vino, & ad concretum lac ex aceto conuenienter assumuntur. Priuatum autem hinnuli coagulum subditum a purgationibus ad triduum, conceptum impedit. Verum marinij vituli coagulum, pares castoreo vires obtinet: maxime vero comitialibus & vuluae strangulationibus in potu conferre creditur. Porro marinij vituli coagulum hoc experimento deprehenditur. Sumito alicuius alterius animalis, praecipue vero agni, coagulum, & caffusa aqua pau-

lis per dimittito : tūm postea aquam, in qua illud maduerit, vituli marini coagulo superinfundito. Quod enim sincerum ac legitimū fuerit, illico in aquam liqueſet: quod tale non fuerit, simile ſibi permanebit. Excipitur autem vituli marini coagulum, catulis qui nondum vñā cum matribus nature poſſunt. Cæterūm in vniuersum Coagulum omne diſſipata cogit, & coagulata foluit.

De Adipe. CAP. LXXXVI.

ADEPS anſerinus aut gallinaceus recēſ & ſiae ſale inueteratus, ad vuluē vitia proficit. At ſale conditus, quīque acrimoniā vetuſtate contraxit, vuluē inimicus eſt. Horum quempiam recentem membranulis exemptis in nouam fīctilem ollam coniicito, quā duplo tantudem capiat, quantum eſt eius adipis quem curari oporteat. Dein vbi acerrimo Soli vas diligenter operculatum exposueris, eliquescentem inde humorem in alterum fīctilem vas excolato, dum quidquid eſt adipis abſumptum fuerit: mox eum liquorem loco vehementer frigido ad uſum recondito. Sunt qui in ſolationi vice, ſupra calidam aquam, aut ſuper tenui & elanguida pruna, ollam collocaant. Eſt & alia curandi ratio huiusmodi: Exemptis membranis teritur adeps, & in ol-

lam

lam coniectus eliquatur, insuper asperso
minuti salie momēto: dein linea colo trans-
fusus rep̄atur. Talis porrò in ea medica-
menta utiliter additur, quæ lassitudines &
fatigations leuant.

De Suillo & Vrsino adspe.

CAP. LXXXVII.

Suillus autem & vrsinus adeps hoc cu-
rantur modo: Sumito recentem ac præpingue-
m, qualis est qui renibus detrahitur:
& in largiore aquam cœlestem quām fri-
gidissimam exemptis pelliculis inamittito,
manib[us]que terito, ipsum accurate fricans
ac veluti distingens: deinde vbi noua aqua
subinde ablueris, in ollam fictilem duplē ca-
pacitatis indito: atque affusa aqua quæ adi-
pem superet, supra leues prunas ponito, &
spatha misceto. Postquam verò eliquatus
fuerit, ipsum colo in aquam transfundito,
sinitoque refrigerescere: tūm diligenter ex-
clusa guttatim omni aqua, in ollam aliam
priùs elotam rursum demittito, & infusa a-
qua sensim eliquato. Inde detractum, vbi
faciem pâulisper subsidere permiseris, in pi-
lam spongia madefactam defundito. Ac vbi
concreuerit, detractis quæ in imo resident
fordibus, tertio tandem citra aquam eliqua-
to, & translatum posteā in pilam repurga-
tumque in fictile vas iniicito, quod opercū.

M. j.

atum loco per quam frigido reponatur.

De sevo hircino, ouillo & cerusino.

C A P . LXXXVIII.

Hircinum, ouillum, insuperque ceruinum
seuum ita curare oportet: Ex his quodlibet
sumito, quale ante dictum est, & lotum, tu-
nicis, ut in suilli metione dictum est, exem-
ptis, indito pilæ vti subigatur & mollescat,
atque affusa paulatim aqua fricato: dum ne-
que sanguinolatum quicquam excernatur,
neque pinguitudo supernatet, sed illa nitida
limpidaque spectetur. Postmodum vbi
in fistilem ollam conieceris, ac insuper a-
quam addideris ut superemineat, leui pru-
næ indito & agitato. Vbi verò totum liqua-
tum fuerit, ac translatum in aquam refrixe-
rit, iterum in loto fistili eliquato, & quæ an-
te diximus similiter facito. Tum vbi tertio
citram aquam liqueficeris, in pilam liquore
perfusam excolato, refrigeratumque, vti de
suillo dictum est, recondito.

De sevo bubulo.

C A P . LXXXIX.

Bubulo quoque seu renibus maximè
detracto eximenda pellicula, ipsiusque a-
qua marina ex alto petita eluendum: mox
in pilam coniectum diligenter tundendum,
aspersa maris aqua. Cum verò totum disso-
lutum fuerit, in fistilem ollam immitten-
dum, & affusa aqua marina quæ non infra-
dodran-

dodrantem superemineat, coquendum, donec proptiu[m] odorem amiserit. Deinde ad singulas seu Atticas minas, ceræ Tyrrenicæ quaternæ drachmæ iniiciendaæ. Excolatum, detracta quæ in fundo residet immunditie, in ollam nouam reponendum: tandem opertum. Soli quotidie exponendum, ut putido odore abolito ad candorem reducatur.

De Adipe taurino, pantherino ac leonino.

CAP. XC.

Taurinum verò seuum sic curari debet: Hoc quoque recès ac reñibus euulsum profluente annis aqua abluto, detractis que tunicis in ollam fictilem nouam indito, & insperso exiguo sale liquefacito: deinde in aquam pellucidam excolato. Ac vbi concrescere cœperit, iterum manibus valde confri- cando eluito, aqua subinde effusa refusaque, dum probè lotum fuerit. Ruisum in ollam coniectum cum pari modo vini odorati decoquito. Et cùm secundo efferbuerit, sublata ab igni olla ibidem seuum pernoctare sinito. Postridie si qua grauolentia superfit, in alteram ollam nouam translatum odorato vino perfundito, ac eadem quæ priùs facito, donec omne odoris virus euanuerit. Liquatur & sine sale, ad nonnullos præser- tim affectus, quibus sal aduersari solet: sed

M. ij.

ita præparatum non magnoperè albescit.
Eodem quoque modo pantherina & leoni-
na, aprugna, camelina & equina, hisque si-
milia pingua præparari oportet.

Quomodo pingue odoramentis imbuendum sit.

C A P . x c i .

Vitulinum autem ac taurinum pingue,
nec non ceruinum, atque etiam huius ani-
malis medulla odoramētis imbuūtur hunc
in modum: Pingue quod odoratum reddi
debet, demptis membranis quo diximus
modo elotum, ac vino odorato nulla maris
aqua diluto feruefactum, tandem ab igne
tollito, ac inibi pernoctare finito. Tūm al-
tero eiusdem generis vino ac eadem qua-
priūs mensura affuso, ipsum colliquato, &
accuratè defæcato: mox nouem eius hemi-
nis iunci Arabici drachmas septem adii-
cito. Quod si ipsum flagrantioris odoris fie-
ri voles, quadraginta floris eiusdem drach-
mas superaddito, cum palmæ, caissæ & cala-
ini totidem singulorum drachmis: aspalathi
& xylobalsami, ana drachma vna: adde &
cinnamomi, cardamomi, nardi, ana vñciām
vnam. Omnia verò minutius contundan-
tur: deinde affuso vino odorato, vas opercu-
latum supra carbones firmiter collo cato, ac
ter omnia conferuefacito: tūmque vas ab
igni semotum pernoctare finito. Postridie
vino